



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,  
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

*A*uthor q. meliorem fieri arbitratur? Quia natura, inquit, rei. & non quia potest peccare, sicut & non peccare, si semper Test. 9. 109. vinceret, illi natura preponderanda erat que ideo non peccat, quia impassibilis est. Et ne sine ratione dilasile videretur; Non enim (adij. it) magnam videret non peccare, quia non potest: magnificentiam a rem si cum posset peccare, non peccaret.

En tandem limitem insanæ Pelagianæ & culmen gantæ superbiæ, esse natura, hoc est essentia, consortes, virtute pares, si non superiores Deo. Quid ipse Lucifer hærescon omnium architectus, arrogantius & detestabilius comminisci & persuadere potuisset? Nonne istud ipsum telum fuit, quo primos homines in paradiso vulneravit, stravit atque interfecit? *Genes 3* *Aperiantur, inquit, oculi vestri, & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Quod tanto impetu in eorum viscera vibratum est, ut cuspis in ipsas intimas fibras nondum natæ posteritatis penetraverit. Hinc ille fastus perpetuus humani generis morbus quo ab initio ineffabilis illius roinæ nonnulli suæ virtutis, suæ iustitiæ, suæ felicitatis authores esse voluerunt; videlicet ut tanta potestatis scientiæque testimonio posteri ostenderent id quod diabolus majoribus suis pollicitus fuerat non imprudenter eos aut temere credidisse. Quod malum quamvis in omnium hominum cordibus inquietissimos tumultus excitet mundumque perturbet, in Stoicis tamen, Iudæis, atque Pelagianis in scdissima erupit scditates. *Rom. 3.* Omnes enim isti, ignorantis Dei iustitiam, &

*A* suam volentes constituere, iustitia Dei ejusque gratiæ adjutorio subiecti esse noluerunt. Hinc illi Deum è libero arbitrio, isti Christum per crucem ex mundo, hi IESVM seu Salvatorem ex Ecclesia sustulerant: Omnesque suum vel sapientem vel Pharisæum, vel perfectum ad omnem omnino virtutem atque impeccantiam sufficere arbitrantes, ipsi sibi tanquam primogeniti Satanae persuasoris sui & apertis oculis scientes bonum & malum certatim se Deos esse non tantum voluerunt sed etiam nonnulli blasphemando dixerunt. Quo meracissimo vino inebriati Pelagiani, superbiæ istam alia superbiæ volentes tegere, eam turpius denudarunt. Cum enim ab eis quæreretur utrum ipsi essent illi perfecti, angelici atque divini viri qui sine ulla peccati macula aut ruga viverent, se peccatores esse ficta humilitate respondebant cum tamen se *Santos Epist. ad B esse, ut advertit Hieronymus, & omni peccato crederent, cavere vellent intelligi.* Vnde Augustinus: *Propter humilitatem ego mentiris? Quam superbissimam hypocrisis eis nonnunquam exprobrat: Dolus inquit, abundat in ore vestro. Vbi e. 3. enim virtus non est & tanta iactantia est, hypocrisis est.* Et paulò superius loco citato contra Iulianum: *Dolus est in ore vestro sive peccatores vos esse dicatis & iustos credi velit, sive profiteamini perfectionem iustitiæ quam profecto in vobis non esse sentitis.* Sed hæc de superbiâ Pelagianorum sufficiant.

## FINIS.

CORNELII IANSENII  
EPISCOPI IPRENSIS  
DE HÆRESI PELAGIANA  
LIBER QUINTVS.

Quo continentur tres primi status Pelagianismi.

## PRÆFATIO.



**N**unc ad cardines ipsos Pelagianismi propius accedendum est, & in medium proferenda lustrandaque dogmata de Dei gratia, propter cuius negationem potissimum innotuerunt Pelagiani & ab Ecclesia separati sunt. Quod ut majori luce fiat diversi status istius hæreseos distinguendi sunt, accurateq; annotandum, quomodo diversis coloribus eandem errorum suorum impietatem palliando, à seipsis paulatim in multis discrepare visi sint, ac tandem in nonnullis articulis semi-Pelagianismi vultum induerint.

Primus